

4
5

Incipit stilus Romane Curie.

Dplex est modus deuoluendi sive trahendi causas ad Romanā curiam; ut in ipsa curia tractentur. Unus per cōmissionem factam in curia cum postestate citadi. et isto modo inter beneficiales et nō beneficiales nulla est differentia postq̄ sunt commisso nisi in diuersitate modi procedendi; et obseruatione terminorum; ut infra dicetur. Licet leuius et facilius cause beneficiales et non deuolute per appellationem cōmittantur in curia q̄ alie et inter alias citius spirituales et ecclesiastice q̄ prophane; et inter prophanas citius ille que vertuntur inter clericos q̄ inter laicos; sed postq̄ Nō placet nulla est differentia; nisi modo procedendi; et obseruatione terminorum; ut infra. ¶ Alius est modus deuoluendi per appellationem. Et in isto modo est magna differentia inter beneficiales et nō beneficiales per quamcūq̄ appellationem interpositam ad Sedem apostolicam deuoluuntur ad Romanā curiam dūmodo dicta appellatio interponatur in presentia appellati; vel eius procuratoris specialiter in causa illa constituti; vel q̄cito cōmode intimetur appellato vel procuratori predicto; data sibi scriptura autentica; vel perlecto sibi tenore appellationis cum copia sibi tradita. alioquin q̄ in absentia appellati vel procuratoris talis appellatio intimanda est in domo habitationis appellati. vel si dominus est in remotis in ecclesia Cathedrali eius Civitatis vel diocef cuius est beneficiū de quo agit. et utroq̄ casu nihilominus in ecclesia vel beneficio de quo agitur; et hoc verū est nisi esset metus appellati vel suorum. tunc enim sufficit q̄ uitatio fiat in loco publico de quo verisimile sit q̄ ad notitiā veniat appellati. Itē est scīdū; q̄ si aliqua appellatio vel citatio debeat insinuari alicui habenti parochialeū ecclesiam; vel aliud beneficiū curatu requirens residētiā de iure; tunc in absentia appellati vel citandi sufficit q̄ fiat insinuatio vel citatio in ecclesia cathedrali et in ecclesia sive beneficio curato; et nō in aliqua domo habitationis. ¶ Aliie vero cause non beneficiales

sue sunt spirituales et ecclastice. ut de usuris; decimis; matrimonio et similibus. sue inter clericos; sine inter laicos via appellationis duntarant non devoluuntur ad Ro. cu. nisi fin formā distinctionis infra scripte. Aut enim appellavit ante sententiā diffinitiūam aut post. Si appellauerit ante; aut appellatio nō est acceptata a iudice; vel approbata a parte. Primo casu; aut terminus fuit statutus ab homine; a iudice vel a parte; et tunc sufficit quod appellatus mittat procuratorem ad agendum et defendendum in Curia. Nec in tali casu virtute appellationis procedi potest nisi de speciali mandato Pape committeretur cum potestate citandi in Curia. Et decreta citatione et executione reproducta non vi appellationis sed citationis procederetur. Aut terminus fuit statutus ab homine; et tunc iterum dico quod casu proximo. Si appellatio est acceptata a Jūdice; vel approbata a parte; aut nullus terminus fuit statutus ab homine; et tunc sufficit mittere procuratorem ad expediendū grauaminis articulum. et eo expedito in negotio principali procedi non potest; sed bene in grauamine. Aut terminus fuit statutus ab homine et appellatus petet quod persone principales venissent cum iuribus et munimentis ad Ro. cu. ad totā causam; et cause per tales appellationē censemur ad Ro. curiaz devolute ad finem ut in negotio principali per audientiam contradictari procedi possit. Aut appellatus hoc modo non petet; et tunc tantummodo devolutus est articulus grauaminis. Nec in negotio principali illo finito via appellationis procedi possit. Et sic tantum uno casu appellatio ante sententiam devoluit negotium principale ad Ro. curiam. Itaque in illa absq; aliqua citatione posset procedi in Curia per audientiaz contradictari contra absensem scz quando appellatio recepta est a Jūdice et a parte et terminus statutus ab homine et petito per appellatum quod appellans veniat cum iuribus et munimentis suis totam causam concernentibus. et ille modus raro accidit. Si autem est appelatum in causa hīmōi non beneficialibus a diffinitiūa; tunc aut appellatio fuit acceptata a Jūdice; vel approbata a parte; vel non. Primo casu siue terminus fuit statutus ab homine siue non; causa est per

appellationem deuoluta. Itaqz per audientiam contradictariorum contra absentem procedi posset etiam in negotio principali. Secundo scz quando non est acceptata a parte non est causa deuoluta ad Curiam. Ita qz per audientiam contradictariorum procedi possit in negotio principali; sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandum et contradicendum.

Dodus procedendi in causis deuolutis.
in Romani curia.

Propositus autem in Romani Curia per viam appellationis ita ut in ea tractari debeant deuolute sunt cause hoc modo procedendum est. Et primo committenda est causa appellationis et negotii principalis alicui Auditori vel Judici; et primita commissione ea die Juridica in audientia vel sequenti producatur appellatio coram Judice si habetur. als verbo detur. Et absqz hoc fin modernam practicam (licet olim securus erat) qz pronuntiat Auditor causam esse deuolutam; petatur et obtineatur pars citari per audientiam contradictariorum ad dicendum contra commisionem et iuria himo obtineatur si in grauamine proceditur; sive sit beneficia lis sive non; ad impugnandum et iustificandum ad primam diem. Si vero in negotio principali pars vellet procedere; tunc si causa est beneficialis est procedendum iuxta reformationem Martini pape. vscz ad libellanduz ad primam; ad iurandum de calunnia ad primam. Etiam de mero iure si aliqua partium velit abbreviare tunc in termino ad libellandum poterit iurare de calunnia. Cautum tam ut no remittat expresse iuramentum alteri parti; sed tamen tacite. qz tacita valet; expressa nocet. Et ideo procurator sit attentus quod iurat in termino ad libellandum qz auisset notarium qz scribat hoc iuramentum expresse per eum aduersario remissum. Deinde ad articulandum ad. y. ad dicendum contra articulos ad. y. ad dicendum contra. producta ad. y. ad declarandum ad. y. diem. Et si aliquae declaraciones dentur facto ad dicendum contra eas ad primam diem. et deinde ante lapsum terminum ad dicendum contra articulos. Articuli ad probandum admitti possunt vocata ad hoc parte factis probationibus si actor est vel si reus est et actor probavit factis te

cisionibus et defensionibus contrariis relevantibus; vel si nihil probat actor; etiam si reus nihil probauerit ut certus sit de absolutione sententia potest peti concludi ad statim postmodum dum Iudex fuerit deliberatus potest ferre sententiam. Et licet conclusio in beneficialibus non sit de substantia; tamen stilus Curie habet quod semper cocluditur etiam in beneficialibus et alijs summaris causis. tenet tamen sententia sine tali coclusione; nec ad hoc filius contradicit. Et quo ad istam materiam cōmissionis articuloꝝ vel exceptionis; aut aliarum materiaꝝ preterquam quod de conclusione dictum est. tamen illa in causis pecuniariis sive prophetanis sit de substantia. Idem in talibus causis ordinariis sive prophetanis servetur. Item in secunda instantia omnes termini predicti ad primam diem seruantur; excepto termino ad articulandum qui seruatur ad viii. Et eodem modo in tertia instantia; dempto termino ad articulandum qui seruatur ad septam.

Cadodus seruandus in beneficialibus deuolutis per cōmissionem.

Item eodem modo seruantur termini in causa beneficiali quando causa est deuoluta per cōmissionem cum potestate citandi in Curia et extra et facta executione in partibus que executio eodem modo fienda est quo appellatio interponenda fin formam Cle. Causam. Dempto quod in hoc termino non oportet producere iura deuolutionē facientia; sed producitur citatio verbo vel facto cum eius executione; et deinde citetur pars ad dicendum contra cōmissionem citationem et eius executionē. Deinde ad libellandum ad primam diem ut supra tecum. taliter quod si sint ambe partes sufficienter fundate per se vel suos procuratores; tunc proceditur contra eos. alioquin pars presens procedat per audiencem contradictarum contra absentez si causa est deuoluta ut supra tecum. Et hoc idem seruatur in causis non beneficialibus de quibus supra.

CIn causis non beneficialibus per cōmissionem.

Item in causis vero non beneficialibus; aut ille sunt de decimis; matrimonij; vel usuris. procedendum est ut in causis beneficialibus modo quo supra dictum est; quo ad terminos. sed non quo ad de-

uolutionem ut etiam predictū est. Aut ille cause sunt prophane;
et tunc si appellationes sunt deuolute modo quo supra fertur cō
missa causa producatur appellatio verbo vel facto; et citabitur
pars ad dicendum contra cōmissionem et iura pro deuolutione
cause facientia ad primam diem. Si vero est deuoluta per cita
tionem executam; tunc illa citatione cum eius executione repro
ducta verbo vel facto citabitur pars ad dicendum contra com
missionem citationem et eius executionem ad primam. et deinde
utroqz casu deuolutionis hīmōi termino primo seruato ad dicen
dum contra deuolutionem vel executionem citationis citabitur
pars ad libellandum fm antiquam practicam ad. viij. diem. Sed
fm modernam que mixta cum antiqua seruatur ad libellanduz
litem contestatam; et de calumnia iurandū ad. viij. diem. In quo
termino dabitur libellus; et citabitur pars ad respondendū libel
lo; et litem super libello contestandam; et iurandum de calumnia
ad primā diem. Sic nec vt ita fiat citetur ad idem tertio sub excō
municationis pena ad. ij. diem. Sed ne tunc citetur quarto et de
superabundanti ad idem ad primam. Si tunc appellans affirmat
narrata in suo libello fore vera; et petita in eo fieri debere ante li
tis contestationē. Et nisi tunc aduersarius det exceptiones rele
uantes nisi libellus de se sit inceptus cōpellatur respondere; alio
quin excommunicabitur. Exceptiones autem que possunt opponi
ad litis contestationē sunt tantum scz de re iudicata; transacta; et
finita; etiam exceptio que reputatur anormala opponi potest ad
litis contestationem impediendā. Si vero Iudex cause compel
lat ad respondendum libello; quia est inceptus; vel quia obstant
exceptiones tue; et tunc non respondeas nisi metu excōmunicā
tionis; et simili metu durante iures de calumnia; et deinde appel
les ab illa compulsione metu excōmunicationis ad responden
dum libello facta. Et in casu quo date fuerint exceptiones; et ad
missione petita exceptionuz appellari potest a non admissione; et
dictarum exceptionum repulsione; et compulsione hīmōi coniū
ctim et diuisim; et sic diuisim potest appellari a tali non admisso
ne; etiam ante compulsionem; et si tibi placet prosequi grauamen

Trecedere velis a Judice quia forsitan tibi suspectus est; vel alia de causa facias coniunctim cōmitti causam appellationis ab grauamine homī vna cum toto negotio principali in forma que infra continetur. Et licet appellatio quando est legitima cōmittatur vna cum negotio principali non venit negotium principale nisi quando euentum grauaminis tales sepe obtineant cōmissio nem; quando processus est coram Judice & in omniē euentum maneat Jūdex.

Cōmissio grauaminis.

Cōmissio vero in causa grauaminis homī termini seruentur si cut in alijs quorumcunqz grauaminū scilicet ad dicendum contra cōmissionem ad primā diem. Ad dicenduz contra appellatio nem ad primā diem. quare petenda est in termino quo accusetur contumacia nil dicentis contra cōmissionem ad primā diem. Et deinde ad impugnandum & iustificandū ad primā diem. In quo termino semper datur petitio ad minus verbo petendo pronuntiari bene appellatum & male processum. Si vero est appellatuſ econtra scilicet bene processum & male appellatum; licet cautius sit & utilius qđ in illo termino ad impugnandum & iustificandum detur primo petitio facto; & post terminum ad impugnandum & iustificandum altera partium potest citari ad videndum inhiberi ad primam diem vel ad statim; & predicta a grauaminibus quo ad terminos procedūt quando appellans prosequitur causam appellationis scilicet si appellatus prosequatur eam ille potest quando citatus est ad dicenduz contra cōmissionem consenire in iurisdictionē impugnare non possit ac prestare consensum expresse vel tacite; & in illo termino repetere appellationem partis aduerseretur inquantum pro parte sua & contra partem aduersam inquantum facit contra se excipere generaliter contra eam & obtinere ad impugnandum & iustificanduz ad primam diem; quem terminum seruet ut supra.

Cō prima instantia.

Cōinde continuando terminos in negotio principali si grauamen miscetur & expeditū est per sententiam interlocutoriam que

transiuit in rem iudicatam; vel quia ab ea non est appellatum; vel post decem dies appellatur; tunc citetur pars ad articulandum in prima instantia ad .xv. diem. Ad dicendum contra articulos ad octauam diem. Ad declarandum ad octauam diem. Ad dicendum contra declarationem si qua datur ad .vij. die; als non. Deinde potest peti concludi; et hoc si est reus; et aduersarius; et actor non probat. vel si actor probauit in causis pecuniariis sive prophaniis quando presertim quis timet cōmissionem vel testes tunc iuste pro conclusione et deliberato Judice pro sententia.

Contra secunda instantia.

Constet in prima instantia appellatum est; et causa appellatio-
nis cōmissa citabitur ad dicendum contra cōmissionem ad primā
diem iuridicam. Et si placet appellato statim potest facere citari
partem ad libellandum ad secundam diem. als poterit excipere
contra cōmissionem vel non excipere. et termino adueniente que
libet partium potest dare libellum scilicet appellatorū; petendo
continuare sententiam; et petendo bene processum pronuntiari et
male appellatum; qd. Iudex non bene pronuntiantur iuxta petitio-
nem suam; illud potest tunc addere in libello suo. Appellans ve-
ro potest petere contrarium; et dare petitionem suam quam dedit
in prima instantia. Et deinde citabitur pars ad respondendum li-
bello et litem contestandam; etiam ad primam diem in illo termi-
no accusatur contumacia non respondentis libello. Et hanc cau-
telam teneat volens prosequi iudiciū; quia si pars altera est ab
sens a iudicio non requiritur litis contestatio in secunda instan-
tia ubi facta est in prima; secus est si est presens. Teneat ergo ra-
lem ordinem volens continuare iudicium; et accelerare qd nullo
termino vadat quo alia pars non est presens; et seruat terminū;
et tunc citetur pars ad iurandum de calumnia in eodem terminū;
no sicut supradictum est. Deinde ad articulandum ad octauam
diem. Ad dicendum contra articulos ad secundam diem. Ad pro-
ducendum omnia ad secundam diem. Ad dicendum contra ad
secundam diem. et ad dicendum contra declarationes si que sunt
similiter ad secundam diem.

De tertia instantia.

In tertia instantia omnes termini seruantur ad idem: tempore termino ad articulandum qui seruat ad octauam diem. Et tenetur cautela in termino ad libellandum: et respondendum vel lo; ut dictum est in secunda instantia.

De causis nullatum.

Item notandum est quod in causis nullitatū scilicet quando committitur et petitur annullari aliquis processus vel aliqua sententia; vel aliquis alius extra judicialis actus: tunc si actus est indicialis; et nullitas constet ex eisdem actis: et tunc commissa causa citata parte ad dicendum contra commissionem non requiritur plena obseruatio terminorum secundum naturam ipsius cause; vel si causa est beneficialis; vel summaria; vel alia de quibus supra proceduntur; ut dictum est. Et notandum insuper est quod Judex vel Auditor cui commissa est causa appellationis a diffinitiva potest cognoscere de nullitate sententie; licet hoc non exprimatur in commissione ipsi Judici vel Auditori facta. Secus est in iudicio appellationis a grauamine vel interlocutoria. Cautum tamen est quod semper exprimatur in commissione.

De causis restitutionis.

Item in causa restitutionis que de iure peti deberet infra quadriennium ut peritur restitutio in integrum aduersus actum aliquem: et hoc principaliter vel incidentaliter ut petitur restitutio ad appellandum. vel etiam incidentaliter vel in integrum aduersus sententiam et mittere iudicium rescindens et non resistorum et tunc citetur pars ad dicendum contra commisionem dentur articuli si petantur secundum viam iuris communis deducentur casum esse quo restitutio conceditur per viam commissionis de gratia petite et concessa tunc dedicantur articuli verificationis pro verificatione commissionis; et pars citetur ad dicendum contra articulos ad primam diem: accusata contumacia in illo termino petantur articuli et producantur iura vel testes secundum materiam subiectam. Et est sciendum circa hoc quod petens restitucionem semper antequam restituatur debet docere de aliquo suo iure vel interesse vel sal-

tum summarie de lesione. Item deinde de factis probationibus super articulis petatur restitutio in integrum cum negotio principali; quod fieri potest de iure et utile est fieri. Seruandi tamen sunt termini ad longum fin naturam cause.

CIn causis desertionis.

CIn causis desertionis scz quando aliqua appellatio a diffinitiua sententia vel interlocutoria dicitur deserta; et tunc si deserta est in manibus domini Auditoris cui commissa est et sic de alijs; tunc requiritur noua commissio super desertione al's non requiritur nova prouisio. Qua facta et probata citetur pars ad dicendum contra ad secundum diem. et lapsu illo termino citetur pars ad faciendum fidem de diligentibus psecutionis appellationis primo ad primam diem. Et deinde si non docuerit de diligentia predicta citetur ad idem tertio et quarto. et tunc Iudex habet optionem an velit confirmare vel pronuntiare tantu super desertione.

CIn causis attemptatorum taxatio expensarum.

CItem nota quod expense nunquam petuntur taxari nisi quando sunt tres sententie late; vel quando prima transiuit in rem indicatas; et tunc Iudex qui tulit sententiam vel surrogatus eius debet taxare expensas et parte vocata statim vel ad primam diem. Et non taxantur expensas in Romana curia nisi pro commisionibus simplicibus non consistorialibus pro Cursore; pro Procuratoribus; pro Alduo catis; et sic de alijs. Et iste expensas peti debent et taxari per cedula ordinem Romanum pontificum. Et quando una vel due sententie late sunt in partibus; vel quod pars vult quod unus Auditor taxet omnes expensas; hoc obtineat per commisionem.

CIn causis beneficialibus.

CItem sciendus est quod in causis beneficialibus et summaris non sunt nisi quatuor termini substantiales scz ad articulandum ad dicendum contra articulos ad producendum omnia et ad dicendum contra producta. Aliorum terminorum omissione non reddit processum nullum. In pphanis tamen nulli alii termini sunt substantiales ultra predictos quatuor. sed ad libellandum ad respondendum libello ad litem contestandam et etiam ad concludendum.

De grauamine.

CItem nota q̄ quando in Ro·cu·alicui Auditori cōmissum est aliquod grauamen puta quia appellatiū est de partibus vel Au ditori Camere ad Luriam & cōmissa est causa appellationis gra uaminis vna cum negotio principalī; quia tunc de more Lurie licet sit contra ius q̄ Iudex appellationis in Luria etiam si pro nūtiat male appellatum non tamen reuertitur causa ad priorem Iudicem sed retinet eam decernendam. Vel quando causa gra uaminis & negotij principalis est aduocata ab uno & cōmisa al teri. Vel quando appellatum est a grauamine & interlocutoria & diffinitua; als yni cōmisse sunt.

Din causis attemptator̄.

CIn causis attemptator̄ que sunt post appellationem vel lite pendente semper requiritur noua cōmissio si occurrerint talia at temptata post cōmissionem primam qui pluraliter cōmissiones & scripta non extendit se ad actiones accusatas seu creatas lapsō termino ad dicendum contra cōmissionem qui est ad idē; dan tur semper articuli attemptator̄; & citetur pars ad dicendū contra articulos & faciat probationes per testes vel instrumēta. de inde illis factis non requiritur obseruatio terminor̄; nisi petatio detur.

Din causa reductionis.

CIn causis vbi petitur reductio contra aliquod laudum per arbitros ad arbitrium boni viri si est causa beneficialis vel summa ria seruandi sunt termini ut supradictū est. & nihilominus ultra hoc dandus est libellus concludens iniquitatem & reductiones sīm dispositionem iuris. Si vero causa vel negotium in qua peti tur reductio non est beneficialis vel summaria; tunc termini sunt seruandi sicut in causa ordinaria vel prophana seruantur; & est lis contestanda.

De remissione ad partes.

CIn causa vbi petitur remissio decerni ad partes expediaſ cō missio sub plumbo. Et quādo decreta est remissio; citetur ad pri mū diem ad concordandum de loco & Judice. In quo termi-

no fiat concordia de uno vel pluribus Iudicibus. Deinde cite
tur ad dandum interrogatoria ad primaz diem; et tunc in illo ter
mino petuntur articuli parte vocata. Et si paratum habent por
tatorem; iuret portator vel alis cum occurserit parte tamen sem
per ad hoc vocata vel presente.

CPractica circa remissionem.

CItem circa istas remissiones est sciendum quod in Tho. curia ha
betur una decisio ad hoc quod Iudex potest remissionem decretam
sub plumbo Papali expedire sine commissione; et etiam Comissa
rius suus in partibus potest subdelegare vices suas quando ta
lis remissio expeditur sub plumbo papali; et tunc reportata commi
ssione Iudex qui decreuit eam non potest de ea cognoscere nisi
fiat commissio noua; et illa fiat sub forma huiusmodi. **C**Als causa tali pe
dente inter tales Iudex decreuit remissionem per appellationem
manus S. A. se de causa ipsa intromittere non potest. Digne
tur eadem Sanctitas vestra eidem priori Iudici vel suo surro
gato committere et mandare; ut remissionem recipiat; aperiatur; et ul
terius in causa procedat.

CPro interesse.

CItem aliis modis veniendi ad causam pro suo interesse. Ali
deat aliquis an sibi expediat; quod considerare potest. Si enim
iura predicta et etiam probationes in causa facte plus sibi pro
ficiunt quam noceant; tunc est quod debeat venire pro interesse; et tunc
tertius qui vult venire pro interesse suo; als melius est quod hic ad
litem nouam seu nouum iudicium coram eodem vel alio Audi
tore; ut si expediat sibi venire pro suo interesse videat an ipse sit
in prima commissione dicti iudicij nominatim comprehensus; vel
sub clausula generali scilicet; et alios sua interesse putantes; et ve
niat seu compareat tunc coram Iudice cum iuribus et articulis
suis; et cum intersit petat partem citari ad primam ad dicendum con
tra; et tunc in illo termino petat se admitti in statu in quo est in cau
sa beneficiari. Si vero non sit comprehensus in prima citatione et co
missione; tunc obtineat commissione in qua petat se admitti pro
suo interesse; et producat iura sua; seu suos articulos; et obtineat

citari partem ad dicendā contra. et petat admitti ut supra. Quid
autem operatur generalis clausula que ponitur in cōmissione sc̄z
et alios sua interesse putantes? Dico quod sua interesse putans nō
tenetur venire; licet possit venire ac causam nisi citatus sit in spe
cie; ac nominatus fini formā de elec. et tunc preiudicat sibi sentē-
tia. Et circa hoc nota quod si una sententia vel due contra possesso
rem late sint: et aliis venit pro suo interesse; nō propter ea impe-
ditur causa si sit expeditibilis inter priores partes quin expediatur.
et etiam si sit executio nisi possessio fuisset vacans. vel ille qui ve-
nit pro suo interesse docet et se possidere; vel in cōmissione per
quam venit pro suo interesse sit clausula quod causa inter oēs ptes
simul et semel ac si unico contextu eademq; sententia terminetur
et tunc etiam requiritur signatura quod admittat et procedat ut pe-
titur. Et similiter sis cautus in dictando et recipiendo commissio-
nem. In tali forma tenet modo practica rote; quod utroq; casu de-
tur iurisdictio. Tamen creditur esse contra. ff. sine Clementiū. si
de beneficio de preben. Et ad tollendum dubium pone clausulam
illam in principio.

C In causis criminalibus.

C In causis criminalibus per duplēm viam sc̄z per viam accu-
sationis. inquisitionis. denuntiationis. et exceptionis. Si per viam
accusatiōis si talis est causa quod veniat aliqua corporalis pena im-
ponenda; illa non potest tractari per procuratōrē. sed est tractan-
da personaliter; nisi illa principalis persona sit in carcere deten-
ta. Si vero aliqua alia pena fuerit imponenda tunc tractari po-
test per procuratōrē; et dandus est libellus si in eo sint expressa
crimina; exprimendus est locus; et locus locitannus; menis; sed
non requiritur dies. In quo libello ponenda est inscriptio Accu-
satoris libellantis; ad penā talionis. Sic acto; potest illā pati als
ad penam extraordinariā ad arbitriū boni viri. Et ante inscriptio-
nem non dicitur reus cōuentus respondere libello. et in talibus
causis per accusatōrem seruandi sunt termini ut in pphaniis fini
ordinem prout supradictū est; quia tunc talis causa non dicitur
beneficialis. Si per viam inquisitionis; et hoc sit dupliciter. Alii

quando ad instantiam partis; et tunc procedendum est sicut in accusatorio. Aliquando ex officio; et tunc index habet deputare aliquem instigatorem vel procuratorem officij; et tunc primo est in quirendum de infamia. Que si probatur procedendum est ultius ad cognitionem veritatis. Et in istis causis inquisitionis ex officio proceditur summarie; non seruando terminos causarum prophanaarum. Si per viam denuntiationis quia de illis non est ad propositum; tunc illa est preparatoria ad inquisitionem; que fieri potest dupliciter. Si per viam exceptionis que fit cum agitur de confirmanda electione; vel instituendo presentatum; vel inducendo prouisum in possessionem; tunc per modum exceptio nis danda sunt crimina; et tunc requiritur specificatio ut supra dictum est. Et ideo sit cautus procurator excipiens vel articulans in tali materia; vel articulet crima. et quod illis addat; quod illa erant notoria; petens possessionem beneficii de illis erit notorie infamatus.

CSuper notorio.

CItem notandum quod in causis in quibus tantum super notorio proceditur post citationem ad dicendum contra commissi onem danni sunt articuli super notorio; et pars citabitur ad dicendum contra articulos. Et deinde ferenda est sententia; nec aliqua observatione terminorum requiritur.

CDe prima instantia ut si in partibus vel per Auditorum camere lata est sententia.

CItē notandum est quod ubi in prima vel in secunda instantia in partibus; vel per Auditorē Camere lata est sententia; tunc in causa appellationis que committitur in Rota vel extra aplice Comissario seruādi sunt termini sicut in prima instantia. Itē quando grauamē vel interlocutoria vel per viam appellationis causa commissa est alicui Auditori; tunc ille auditor potest inhibere auditorem camere vel etiam alteri commissario in Curia vel extra; sed non coauditori in quo vel alicui dñor Cardi. quia illis non inhibitetur; nisi seruatis terminis in appellatione a grauamine; vel interlocutoria seruari solitis; de quibus supra. Et tunc in termino ad impugnandum et ius-

stificandum citari potest pars illa in termino seruato ad videndum
inhiberi ad statim; et tunc parte vocata debet decerni inhibitio.

De materijs obiectiis.

Item nota quod materie obiective quando dantur principaliter
et per viam positionum et articulorum; et semper dande sunt in termi-
no substantiali ad dicendum contra producta ad tardius; licet ante
dari possint per modum exceptionum contra iura alterius par-
tis semper dari possint in termino ad hoc statuto. Et tales mate-
rie obiective quales sunt impugnant ius proprium; et sunt speci-
ficande in tempore et loco; et in alijs circumstantijs; sicut supra in
libello accusationum.

Appellatio a diffinitina.

Item nota quod quando appellatur a diffinitina non oportet ex-
primere aliquam causam in appellatione. Idem quando appelle-
latur a sententia habente vim diffinitive; ut est sententia super at-
temptatis; super desertione; super nullitate; et plures que non ex-
pectant diffinitiuam post se.

Circa probationem dilatoriam.

Item circa probationem dilatoriam et als que dantur in causa
est sciendum quod si aliquis conuenitur in Romam curia ita quod ip-
se presens est quando committitur causa; tunc nisi causa prius de-
voluta sit ad Curiam per appellationem; aut ipse est legatus aut
nuntius alicuius domini tunc habet ius reuocandi domini nisi conue-
niretur super contractu facto illo tempore quo nuntius fuit; als
datur sibi tempus sive inducie ad habendum iura et defensiones
de partibus; interim supersedetur in causa. et illud tempus datur
magnus vel parvum distantiam loci a Romam curia a loco do-
micili illius qui conuenitur. Et nota quod illa dilatio ad habendum
iura non solum datur ad habendum iura ipsius rei sed etiam ipsi
actori datur ad habendum informationem et defensionem contra iura
partis sibi aduerse. Et ideo sepius viget practica quod non obstan-
te quod actor dicebat se velle confiteri gratiam; processum; accepta-
tionem; et prouisionem; et alia iura rei. nihilominus reo dantur in
ducie si ipse allegabat se velle habere informationem et defensio-

nem contra iura partis aduerseretur; et in hoc sit cautus procurator ut sic petat. ¶ Item nota circa dilatorias probationes; quod omnes probations iudiciales sunt arbitrande per Auditorem vel Jure dicem; preterquam quando excipitur de excōdicatione cum ibi iura dant terminū octo dieꝝ tē. Aliquando dantur decem aliquādo plures vel pauciores sicut placet Judici.

¶ De occasione hereditatis.

¶ Item est notandum quod si velis aliquem conuenire occasione hereditatis; anteq̄z porr̄gas libellum unam paruam facias petitio nem seu interrogationē in qua contineatur quod Iudex interroget an sit heres defuncti cuius nomine conuenit; et an sit solus vel pro parte. Item quādo aliquis conuenit rei ventus vel quacumq; actione reali semper si pars ea est presens in Curia facias eum interrogari an possideat; et teneatur respondere; et istud multum reueabit te. Si quis enim conuenit possessor alicuius rei licet ipse patiatur iudicium; ex hoc non posset condēnari ut possessor nec ad dimittendū possessionē; nec in fructibus nisi probetur possessor. Et istud nota quia sepissime venit in practica; et multi in hoc errare solent. Et hoc idem tenet Specula. in tī. de interro que sunt ante litem contestatam.

¶ Super spolio.

¶ Itē nota quod si quis super spolio beneficiū sive possessorio recipiendo agit et in causa prophana; tunc nō est necesse quod producat aliquem titulum; sed sufficit quod probet se possedit et alium nūc possidere. In causa vero beneficiali vel matrimoniali vel alia in qua non potest haberi possessio oportet quod agens producat titulum suum et verificet illum; secus si beneficiatus non dicat se spoliatum beneficio; sed fructibus beneficiū in toto vel in parte aut aliquo iure sui beneficiū non requiritur quod producat titulum; sed sufficit quod probet se possidere beneficium cuius nominis agit. Nota etiam circa hoc quod in causa spoliū ubi ius commune facit pro reo et contra actorem licet etiam non sit causa beneficialis vel matrimonialis oportet quod agens producat titulum suū; vel titulū trans temporis quod hominū memoria in contrariū non existat; et pro

bet. & iste casus est in ea ad decimas de resti. spo. li. vi).

CSuper titulo beneficij.

CItē nota q̄ lcz quando agitur super titulo beneficij siue petitorio siue possessorio pceditur sumarie sine litis contesta. vt supra vīlum est. secus qn agitur de pprietate beneficij puta si vna ecclēsia dicat sibi aliam ecclām vnitā. Idē si agitur sup aliqua re vel iure particulari spectante ad beneficium. Et circa hoc vidi dubitare q̄ si vnius dicit se habere titulū in beneficio & aliis beneficiis quod incorporatur an procedatur sumarie vt in causa beneficiali vel plenarie vt in prophana. Et si actor agit vt de beneficij proprietate actio sua erit plenaria; & seruabuntur termini vt in prophana; & reconuentio rei poterit esse summaria & deducit principale ius suum.

CUli cōmissum est aliquod generale procuratorū.

CItem si attentus procurator habens reducere aliquam causam in Curia cui cōmissum est procuratorium generale q̄ illud nō producat ipse personaliter; sed persuasum est vt tradat ipsum alicui amico qui illo presente tradet illud notario; & tunc ipse procurator presens dicat. Ego intelligo me constitutū esse generaliter per illa. ad multas causas & negotia; ego intēdo solus onus acceptare in ista causa pendente & non in alijs tē. Ac substituo si voluerit substituere protestando q̄ nihil fiat nisi me vel eis vocatis. Et ista doctrina ideo datur; quia si procurator per se produceret procuratorū videretur idem procurator acceptasse onus quo ad illa que in illo procuratorio continerentur; nec posset exonerare se. & casus est in Cle. de procurato.

CDissimilatio procuratorū.

CItem notandū q̄ nihil est qd magis dissimilat procuratores q̄ quando ipsi dimittunt deseri appellations per negligentiam; & hoc contingit duplice via. s. in appellatione & dissimilitudine. Primo quia cōmuniter Auditores & Judices dant terminos. x. dicimus ad prosequendū; & tunc infra illos. x. dies appellans debet facere cōmitti causam alicui Judici vel Auditori; & facere presentari cōmissionem; q̄ si hoc non poterit vel tunc expedit q̄ vadat ad

Lancellariam coram notario; et habeat cōmissionem duplataz
et vna tradat ad manus Vicecancellarij vel regentis Lancellariae;
Aliā tradat notario; et in absentia Vicecancellarij vel regē
tis ponat eam in capsa ubi tales cōmissiones ponuntur. Aliam
vero cōmissionem notario predicto et faciat fieri instrumentū de
diligentia predicta infra x. dies. Quod si iste procurator appellan-
tis non fecerit; deseritur appellatio.

Sublata desertione.

Item cōmissa causa et sublata desertione infra decem dies vel
facta protestatione ut supra tunc illud est cōmune quod in appelle-
tationibus; a grauamine; vel ab interlocutoria ubi nullus termi-
nus presigitur saltem in Romana curia tunc omnes termini de-
bent seruari infra annum a die appellationis interposito et dari pe-
titio per procuratorem appellantis ut in decisione Rote. Si an-
tiquis. Et hoc sufficit nisi protestetur infra annum de diligentia sua
videlicet q̄ petat causam expediti in instanti; primo secundo et ter-
tio instantiter instantius instantissime. et hanc protestationē subscri-
bat per se in domo sua et p̄dūcat in iudicio; quia notarij sepe ne-
gligentes sunt in scribendo et cetero. in secundo fatali et in tertio et in
alios et cetero. Et nisi termini sunt seruati data petitione et facta prote-
stacione hīc; appellatio est deserta. Et similiter nisi fiat prote-
statio in secunda instantia non obstante diligentia predicti primi
fatalis; etiam appellatio deseritur; illa est maior verecundia quam
procurator possit habere si faciat deseriri appellationem. Si vero
procurator indiget remissione ad partes in secunda instantia tunc
seruet terminos et super articulis et exceptionibus datis vel etiam
nonis tunc datis si expedit petat sibi decerni remissionem citius
q̄ potest; et det illam petitionem in scriptis; quia notarij sepe in-
debite scribunt. Quod si secus factum fuerit protestetur procu-
rator predictus q̄ hīc defectus non stat per eum; sed per Iudi-
cem vel partem aduersam.

In publicatione dictor̄ testium.

Item in publicatione dictor̄ testium hanc teneat procurator
cautelā; q̄ quando testes producuntur per partes aduersam nihil

protestetur contra eos; sed taceat quousq; per Iudicem de con-
fensi partium publicati fuerint. Et si timet ut Iudex recipere vo-
luerit partem contra quam producatur ad dicendū contra eoz di-
cta et ipse Iudex cōcludat et sententiā ferat habeat secum appel-
lationem paratā a nō publicatione et prefīxione termini hmōi.

Dodus deuoluendi causam per appellationē
in partibus interpositam ad Curiam Romān.

Item sciendū est q; si appellatio interponatur in partibus in
presentia partis; idest partis appellate; vel ipsius legitimi procu-
ratoris tunc causa eoz est deuoluta dūmodo sup hoc appareat
publicum instrumentum confectum; et constet de mandato pro
curatoris. Sed si appellans presentiā appellati habere nō pote-
rit circa appellationē interpositam; ac vt causa bene deuoluatur
seruabit appellans hunc modū vcz q; faciat suam appellationē
in scriptis in bona forma; qua facta accedat ad notarium publi-
cum in presentia testiū; et legat appellationem hmōi de verbo ad
verbū. et lecta hmōi appellatione petat instanter instantius et
instantissime aplōs sibi dari si est aliquis qui velit dare protestā-
do q; si partis appellate presentiā cōmode habere posset eidem
insinuaret et intimarer; et super hoc petat publicum instrumentū.
Et hoc facto appellās tenetur intimare et insinuare hmōi appelle-
tionem parti appellate seu eius procuratori si ipsoz aut alterius
eoz p̄tiam cōmode habere possit infra mensē post interposi-
tionem predictē appellationis. vel post mensē q̄to citius fieri
potest. Et in insinuatione hmōi hunc seruabit modū scz q; appelle-
lans assūmat sibi notariū publicū et testes; et accedat ad partē ap-
pellatā vel ipsius procuratorem; alioquin protestādo de ipsoz ab-
sentia hmōi appellationē per ipsum ante interpositā vt premittat
per notariū publicū legi et publicari faciet; et appellato seu procu-
ratori eius copiā appellationis tradat; requirendo notariū vt su-
per premissis sibi publicū cōsiciat instrumentū. alicquin si ipsius
partis rei procuratoris predicti p̄tiam habere non potest tunc si
causa ipsa fuerit beneficialis expedit q; in loco beneficiū de quo
agitur; vel in loco vbi pars appellata fuerit beneficiata infra mi-

starum solēnia; vel quando cantantur hōre dīei in loco beneficij
vel partis appellate in p̄nitia beneficiator̄ in ipso per te partem
appellātem vel tuū procuratoꝝ vel notariū publicū legas publi
ce & pars aplōs petat. Nihilominus si partis appellate p̄nitiam
haberet ipſi eandē appellationē insinuaret. Et ſic ſimiliter faciet
in domo partis appellate ſi cōmode & tute ad eius domū acce
dere poterit ſinuātē in ecclia cathedrali in loco beneficij; & etiā
in ecclia prochiali ſub qua ipſe degit & moratur. Et bonū eſt affi
gere copias earundē ad valuas ecclesiar̄ & etiam in domo ha
bitationis appellati; & al's adhibere taleꝝ diligentiā circa insinua
tionē hm̄di appellationis qualis eſt adhibenda in executione ci
tationis legittime in p̄tibus fiende. Et ſi pars appellāta noluerit
prosequi appellationē ſuam; & pars appellata vellet eam proſe
qui; expedit q̄ pars appellata iuſtet pro copia appellationis ha
benda ſub manu publica notarij ſc̄ illius qui instrumentū confe
cit. Et ſi ille notarius negauerit ſibi tradere illius copiā; accedat
pars appellata ad Officialem vel ad alium deputatū ſuper hoc
potestatē habentem; & ille cōpellat notariū ad tradendū ſibi co
piam: ſalario tamen ſibi producēdo; & citari faciat partē ad hoc
videndum ſibi decerni copiam appellationis.

CItē nota q̄ ad declarandum collatores ordinarios in p̄tibus
incidisse in penas censuras &c. ſic p̄ceditur. Primo enī produ
cuntur coram executorē deputato in bullis. Secundo petitur de
cerni citatio cōtra ordinarios & eoz procuratores ſi qui ſint in
Iro. cu. & omnes alios ſua intereffe putantes; ad dicendum con
tra ſtas applicas & p̄cessum inde ſecutum ac requisitionē. Tertio
petitur decerni in p̄tumacā ipſoꝝ nihil dicentū quo minus &c.
vel dicendū causam &c. Et illa citatio fit trībus vicibus & ultra.
Quarto ad audiendum ſententias censuras & penas ecclesiasti
cas in processu cōtentas incidente declarari. vel dicendū cauſas
quare &c. ſemp p̄ceditur per audientiā contradictr̄ꝝ.

CFinis.

卷之三